



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Baudelio martyre. Cap[itulum]. xxiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse maij occurrētibus. Fo. cxxi.

bat. Ad quam eugenia eunuchos suos prorbū
 r hiacyntū quasi sub specie ei famulandi desti-
 nauit. A quibus sancta virgo latenter edocra-
 a sancto cornelio papa baptizata est. Sed ab
 vna ex ancillis suis: q̄ esset xp̄iana pompeio
 ipsius illustrissimo sponso accusatur. Et ab eo-
 dem subito superueniente cum p̄ho r hiacynto
 orans in cubiculo inuenitur. Eūq; post multas
 persuasiones ip̄m babilla a se repulisset: misit
 ad eam multas matronas: que ip̄am ad coniu-
 gium iuuenis horabantur. Quod cū illa oīno
 renueret: r matronas omnes licentiaffer. Pom-
 peius ip̄ius sponso galieno imperatori virgi-
 nē accusauit. Et decretū est ab imperatore vt
 aut sp̄solum suū acciperet aut gladio interiret.
 Conuenta de hoc respondit se xp̄m regē reguz
 sponsum habere. Et renuens assensum prebe-
 re: q̄ et imperiali genere erat r publice audiri
 non poterat intra domū suam gladio transuer-
 berata est. xiiij. kalē. iunij: r via lalaria sepulta.
 De sancto Baudelio martyre. Cap. xxiiij.

Baudelius subdiaco-

Baudelius subdiaco-
 nus r martyr apud nemausus gal-
 liarū vrbe passus est. Hic cum die
 quadā sup caput sc̄i euurtij eccle-
 sias cōsecratis vidisset lucē celit̄
 effusam: r manū dñi se benedicentem ad mar-
 tyrum quasi diuina inspiratione animatus est.
 Audiens autē gothoz rabie in galliis persre-
 pere nemausum accessit: r gentiles sacrifican-
 tes redarguere cepit. Ab eis igitur detentus
 diris supplicijs afflicto: fustib; cesus: in equus
 leo suspensus: r dūtissime tortus: atq; laterib;
 bus flammis adustus cum in fide xp̄i immobi-
 lis inter oīa tormēta p̄sisteret: nouissime bipē-
 ni capite cesus est. de cui; corpore sanguis ema-
 nans in lac conuersus: multos egros inde per-
 fusos sanauit. Hora quoq; decollationis eius
 voces angelice psallētes audire fuerūt. Corp;
 autē et a fidelib; in ipsa vrbe tumulatu est: eccle-
 sia desuper edificata. De cuius tumulo laur; ar-
 bor exorta r mirabilr p ecclesie parietē egressa
 multo tpe ibides permansit. Cuius folijs tacti
 languidi curabant: oemōscq; ex obsessis corpo-
 ribus pellebant. Qui passus est. xij. kal. iunij.
 De sancto Austregisillo episcopo. Cap. xxv.

Austregisillus epus

Austregisillus epus
 bituricensis. floruit i galliis tpe he-
 ractij imperatoris: vt ait sigiber-
 tus. Qui inter cetera virtutū mi-
 racula: cū molendinarius quidā
 die dominico vellet mollam emendare: ipsamq;
 dum tereret: eius manus ferrī manubrio adeo
 adhefit: q̄ nullo modo poterat amoueri: cumq;
 ad sanctum episcopum confugisset: ip̄m peni-
 tentem r delictuz confitentē confestim vir dñi
 liberauit. Sepultusq; est biturice. xij. kalē.

das iunij: vbi signis admirandis refulget.

De sc̄o Constantino imperatore. Cap. xxvi.



Constantin

Constantin magn' imperator
 sanctissim' quis a
 pluribus latinorū
 iustus r sanctus reputetur: a
 grecis tamen in sanctorum ca-
 talogo expressius nominatur.
 Huius pater constantius im-
 perator q̄ vna cū galerio maxi-
 mo imperauit: anno. xvi. impe-
 rij sui cōstantinū filium suum ex obscuriore he-
 lene olim cōcubine matrimonio sibi natū: vt di-
 cetur in legenda helene matris sue. xv. kalē.
 septemb̄is ad imperium secū tulit: qui impe-
 rauit annos. xxx. menses. x. dies. xi. Anno autē
 eius imperij quarto maxērius maximini filius
 rome augustus creat' est. Licinius dacia oriū-
 dus constantie fororis constantinū carmuntē
 in imperatorem creatur. Itaq; res publica tunc
 sub nouis quattuor principibus fuit constan-
 tino r maxentio filijs augustorum: licinio autē
 r maximo hominibus nonis. Deinde quinto
 persecutionis anno inter constantinum r maxē-
 tium bellum exortum est. Maxentius sepe
 multis p̄lijs fatigatus: vltimo ad pontem mo-
 linū interfectus est a cōstantino. Maximinus
 xp̄iane persecutionis intentor apud tarsum dū
 contra liciniū bellū disponit interit. Post que
 constantinus apud danubiū de barbaris victo-
 riam obtinuit: vt habitū est supra de inuentioe
 crucis. v. noni. maij. Et inde quasi per somnium
 in xp̄m credidit: quē tamē vnū ex dijs magnis
 reputauit. Deinde ad vrbe rediens: post aliq̄d
 annos lepre plagam incurrit: r a siluestro papa
 baptizatus anime corporisq; salutē mūdatio-
 nem percepit: vt dictū est supra in hystoria silue-
 stri. ij. kalē. ianuarij. Qui primo die baptismi
 sui hanc legē dedit: vt xps tanq; verus deus ab
 omni vrbe romana coleretur. Secūda: vt si quis
 xp̄m blasphemasset puniret. Tertia: vt quicūq;
 xp̄iano fecisset iniuriā honorū suozū parte di-
 midia priuaretur. Quarta: vt sicut imperator
 rome sic romanus pontifex caput ab vniuersis
 epis habeat. Quinta: vt quicūq; ad ecclesiā cō-
 fugerit ab omnib; seruetur immunitis. Sexta:
 vt nullus nisi de licentia sui episcopi ecclesiam
 cōstruat in aliqua ciuitate. Septima: vt ad edi-
 ficationē ecclesiarū decime possessionū tribuā-
 tur. Octaua: ad sepulchrū beati petri venit: et
 de suis culpis se lamētablr accusauit. Post
 modum arrepto bidente ad fundamentū basilicę
 construendū: terram primus aperuit: r. xij.
 coppinos ad honore. xij. apostolorū in suis sca-
 pulis foras eiecit. Postq; autē beatā helenā ma-
 trem suā ad xp̄m conuertit: vt dictū est supra in
 eadē legēda siluestri. Constantinus gloriosus